Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8496
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



tentus. Hoc autem totum factum
est: ut impleretur scripture
prophete. Tunc discipuli omnes
relicto eo fugierunt. At illi te
nentes ihesum: duxerunt eum ad ca
iphan principem sacerdotum.
ubi scribe et seniores convenerant. Petrus autem sequebatur
eum alonge: usque intra atrium
principis sacerdotum. Et ingres
sus intro: sedebat cum ministris
ut videret finem. Principes
autem sacerdotum et omne consilium
querebant falsum testimonium
contra ihesum. ut eum morti
traderent: et non invenerunt
cum multi falsi testes accessi
sent: novissime autem venerunt
duo falsi testes: et dixerunt.
Hic dixit. possum destruere
templum dei: et post triduum reedi
ficare illud. Et consurgens prin
ceps sacerdotum: ait illi. Nichil
respondes ad ea. que isti ad
versum te testificantur. Jhs autem
tacebat. Et princeps sacerdo
tum ait illi. Adjuro te per deum
vivum: ut dicas nobis si tues
xpis filius dei. Dicit illi ihsus
Tu dixisti. Verumtamen dico
vobis: amodo videbitis filium
hominis sedentem ad dexteram virtutis
dei: et venientem in nubibus celi.
Tunc princeps sacerdotum scidit
vestimenta sua dicens. Blas
phemavit. Quid adhuc egeri
mus testibus? Ecce nunc audistis
blasphemiam. Quid vobis vide
tur? At illi respondentes dixe
runt. Reus est mortis. Tunc
exspuerunt in faciem eius. et
colaphis eum ceciderunt: alii autem
palmas in faciem eius dederunt
dicentes. Prophetiza nobis xpe
quis est qui te percussit? Petrus
vero sedebat foris in atrio: et
accessit ad eum una ancilla di
cens. Et tu cum ihsu galileo er
as. At ille negavit coram
omnibus dicens. Nescio quid dicis
Exeunte autem illo ianuam vidit
eum alia ancilla: et ait his qui
erant ibi. Et hic cum ihsu nazare
no erat. Et iterum negavit cum
iuramento. Quia non novi
hominem. Et post pusillum acces
serunt qui astabant: et dixerunt
petro. Vere et tu ex illis es:
nam et loquela tua manifes
tum te facit. Tunc cepit detes
tari et iurare: quia non novisset
hominem. Et statim gallus can
tavit. Et recordatus est pe
trus verbi ihsu: quod dixerat